



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Columbarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

120 COLLEGIVM. COLVMB.

& postea mutata voluntate, conferat alteri, non valet collatio; & tenetur restituere, licet secundus esset longe dignior. cap. 17. n. 71. utrum valeat collatio beneficij facta excommunicato, suspenso, vel irregulari. Vide tit. beneficium 3. lit. I.

COLLEGIVM.

Qui donauit sua vel renuntiauit beneficio, ut admittatur in aliquo collegio, in quo soli pauperes admittuntur, habilis est, dummodo donatio, vel legitima renuntiatio fiat absque ullo pacto retrodonandi, seu retrocedendi. cap. 17. num. 108.

Collega transgrediens statutum inponens penam exclusionis à collegio, non tenetur ad penam, antequam condemnetur. cap. 23. num. 63.

COLLUSIO. Vide tit. Litigium.

COLVMBARIVM.

AEST illicitum, quando dominus opprimit columbis: nec circa columbarium habet sata, in quibus alantur pro maiori parte. Nec vicinus (cui columbae domini nocent) habet rotidem que tantumdem illi noceant. Non tamen

tamen est illicitum, quando non est lex prohibens, & est consuetudo permittens, nec populus conqueritur, nec apparet notabile damnum. cap. 17. num. 126.

Peccat qui in suo columbario certa se- B
mina spargit ut columbas ab aliis colum-
bariis pertrahat ad suum: & tenetur restituere, si principaliter intendat alteras attrahere. Secus, si intendat suas pascere, ne alio euolent, aut reuocentur. cap. 17. num. 127.

COMMODATVM.

Qui commodans reperit commodatum A
ante tempus constitutum à commo-
datario, contra eius voluntatem, &, cum
damno notabili eiusdem, peccat, & tenetur
restituere. Secus, si res commodata fuit
quousque commodanti placeret. c. 17. n. 82.

Commodatarius, qui non reddit commo- C
datum tempore præfinito, vel reddit dete-
rius sua culpa etiam lenissima, peccat. n. 183.
Idem, si vitetur commodato in alium usum
quam concessum fuit, vel diutius, cum da-
mno notabili commodatis; & tenetur resti-
tuere quamvis res deterior fieret casu for-
tuito. Non tamen peccat, si probabiliter cre-
dit commodantem contentum fore. Ibid.

H s imò